



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

IX. Markgraf Woldemar sichert den Bürgern Neu-Landsbergs den  
Gerichtsstand vor dem Stadtschulzen für alle Angelegenheiten zu, am 8.  
April 1317.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

mus et libera donatione donamus gratiam cum fauore, quod quicumque ex nunc et in antea aggerem dicte ciuitati adiacentem pertranferit equitando, dabit ipsis de equo quolibet denarium Brandeburgensem, exceptis nostrarum terrarum hominibus conditionis existentibus militaris atque personis spiritualibus, quas huius statuti debito astringi nolumus quoquo modo. Eo tamen adiecto moderamine, quod vniuersos denarios, quos huius statuti pretextu collegerint, in refectionem et reparationem dicti aggeris et non ad vsum alium conuertere perpetuo teneantur. Et ne de hac nostra largitione ipsis per nos sincere concessa dubietas pullulet in futurum, hanc literam nostrarum sigillorum robore iussimus communiri. Testes quoque sunt illustris Domina Anna Ducissa Wratislauensis, nobilis vir Henricus, Comes de Luchou, Sloteko, nostre curie Dapifer, Buffo dictus Gruwelhut, Burchardus de Bertensleue, Petrus de Loffoue, Henningus de Vorland, milites, Euerhardus, prepositus in Stolpe, noster Capellanus, cum pluribus aliis fide dignis. Actum et datum in villa Lichterfeld, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. sexto decimo, in Ascensione domini.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. V.

IX. Markgraf Woldemar sichert den Bürgern Neu-Landsbergs den Gerichtsstand vor dem Stadtschulzen für alle Angelegenheiten zu, am 8. April 1317.

Nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, recognoscimus et ad vniuersorum notitiam tenore presentium publice volumus peruenire, quod fideles nostros ciues ciuitatis noue Landesbergk in omnibus eorum iuribus et libertatibus, quibus hactenus usi sunt, vt in priuilegiis ipsorum desuper traditis euidenter exprimitur, conseruare volumus et fauorabiliter perpetuo conseruare, prepositos ciues etiam de toto ad nullum iudicium prouinciale extra ciuitatem predictam trahi volumus occasione causarum quarumcunque. Sed omnes cause contra predictos ciues mouende agitari debent coram predictae ciuitatis prefecto, Consulibus et scabinis. In cuius rei testimonium euidentem nostro sigillo munitum dedimus presens scriptum, cuius testes sunt nostri fideles, Conradus de Wedel, Otto et Henricus Schenkiones de Schenkendorp, Slotheco, dapifer, Fritzo de Aluensleuen, Johannes de Crochern, Henricus de Rochou, milites, cum multis aliis fide dignis. Actum et Datum in Spandowe, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. septimo decimo, feria sexta post diem beati Ambrosii.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. VI.